

Lib. XLIV. Tit. I.
**De Exceptionibus, Præscriptionibus
 & Præjudiciis,**

§.1. EXCEPTIO

ut *proponenda*, est jus excludendi s. elidendi aëtoris intentionem.
 ut *proposita*, est exclusio actioni opposita, ejus quod in intentionem condemnationemve deductum est.

Exceptio sæpè etiam dicitur *Præscriptio*, si scil. actionem perimat, vel sit præscriptio moratoria, aut fori.

§.2. Species.. Exceptio est**I. Ratione Formæ**

vel *facti*, qua negatur actionem esse. Hæc litis ingressum im-
 vel *juris* propriæ, quæ actionem verè competentem excludit.
 vel *ad tempus*, ut *dilatatoria*, § 6.
 vel in perpetuum, ut *peremptoria*, §.7.

§.3. II. Ratione Efficientis, est

vel *Civilis*, ex Jure Civili, ut Exc. rei jud. Vell. Maced.
 vel *prætoria*, ut Exc. metus, pacti.

§.4. III. Ratione Effectus est

vel *realis*, quæ causæ cohæret, & ad successores & fidejusso-
 res spectat.
 vel *personalis*, quæ ad personam est restricta, ut Excep.

§.5. IV. Ratione numeri est

vel *prima*, quæ reo competit

vel *ulterior*, 1. *Replicatio*, 2. *Duplicatio*, 3. *Triplisatio*, 4. *Quadruplicatio*, quæ alternæ alteris competunt.

Excipe: contra exceptionem doli & jurisjurandi, replicatio doli non admittitur.

Notæ 1. *Exceptiones alleganda sunt & probanda ab ipso reo.*

2. *Exceptiones possunt perpetuò opponi, quia non est in potestate Rei, quando conveniatur, E. non præscribuntur.*

3. *Non videtur quis confiteri de intentione adversarii, eo ipso quod exceptione utatur.*

Opponens compensationem non confitetur debitum.

§.6..